

tam & reprobissimam. s. mortem crucis, vnde sequitur. Et qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est meus dignus. Nihil autem adhuc eis de ppria dixerat passione, sed interim in his eos erudit, ut sermonem de passione eius magis suscipiant. HILA. Vel qui Christi sunt, crucifixerunt corpus suum cum vitijs & concupiscentijs & indignus est Christus, qui non crucem suam in qua compatimur, commorimur, conspelimur, consurgimus, accipiens dnm sic secutus, in hoc sacramento fidei spiritus nouitate victurus. GRE. in Hom. Crux quippe cruciata dicitur, & duobus modis crucem domini bajulamus, cu aut p abstinenciam carne affligimus, aut per compassionem proximi necessitatem illius nostra putamus. Sciendum vero est, quod sunt nonnulli qui carnis abstinenciam non pro deo, sed pro inani gloria exhibent, & sunt nonnulli qui compassionem proximo, non spiritaliter, sed carnaliter impendunt, vt ei non ad virtutem, sed quasi miserando ad culpas iqueant. Hi itaque crucem videntur ferre, sed dominum non sequuntur. Et ideo ait. Et sequitur me. CHR. Quia vero precepta hanc qua iniunguntur onerosa videbantur, ponit & vtilitatem eorum maximam existentem dicens. Qui inuenit animam suam, perdet eam. Quasi dicat. Non solum hanc qua p emi fit non nocet, sed maxime proderunt, contraria vero nocent, & hoc vbiq; facit. Ab his. n. qua homines concupiscunt inducit, sicut si dicat. Propter quid non vis contemnere animam tuam? quia diligis eam? Quo circa propter hoc contemne, & tunc ei maxime proderis. REMIG. Anima autem in hoc loco non substantia est intelligenda, sed hanc vitam pferens, & est sensus. Qui inuenit animam suam, hanc presentem vitam. i. qui hanc lucem & eius dilectionem & voluptates ad hoc desiderat, vt semper inuenire possit, istam quam semper seruare cupit perdat, & animam suam eterna damnationi prepat. RABA. Vel aliter. Qui salutem animae suae querit eternam, perdet, hoc est, in mortem dare non dubitat, vtrique autem sensui congruit apte quod sequitur. Et qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam. REMI. Id est qui hanc temporalem lucem & eius dilectionem & voluptates reponere persecutionis propter confessionem nominis mei contempserit, aie suae inueniet eternam salutem. HILA. Sic ergo proficit lucrum animae in morte & damnatione in salutem, detrimento. n. breuis vite tenus immortalitatis acquirunt.

Ho. 32. i. eu.

Qui inuenit animam suam, perdet illam, & qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam. Qui recipit vos, me recipit, & qui me recipit, recipit eu qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetam accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Et qui cuiusq; potum dederit vni ex minimis istis, calicem aquae frigidae tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

CAP. XI.

Factum est cum consummasset Iesus precipiens duodecim discipulis suis, transiit inde, vt doceret, & predicaret in ciuitatibus eorum.

Ioannes autem cum audisset in vinculis opera Christi, mittens loquendum dedit. Cum propheta ergo mercedem prophetam accipiet, qui hoc ante dei oculos exhibuit, quod adiuuit. HIERO. Mystice autem qui prophetam recipit, vt prophetam, & in religione eum de futuris loquentem, hic propheta mercedem accipiet. Igitur Iudaei carnaliter intelligentes prophetas, mercedem non accipient prophetarum. E. Nonnulli vero, prophetam intelligunt dnm Iesum Christum, de quo Moyses dicit, Propheta vobis suscitabitur, quem scripsi in libro, & in nomine iusti, & prophetam. Christi, prophetam vel iustum suscipit, ab eo recipit remunerationem, p cuius amore recipit. HIE. Poterat autem aliquid causari & dicitur. Paupertate phibeor vt hospitalis esse non possim, & hanc exactionem leuissimo exemplo diluit, vt calicem aquae frigidae toto auro porrigamus dicens. Et qui cuiusq; potum dederit vni ex minimis istis, aquae frigidae calicem tantum in nomine discipuli, amen dico vobis non perdet mercedem suam. Frigida inquit non calida, ne & in calida paupertatis & penuriae lignorum occasio quereretur. REMI. Dicit autem minimis. i. non prophetam, non iustum, sed aliquid ex minimis. Vbi nota, deum magis ad pau affectum dantis respicere, q ad quantitatem rei exhibita. Vt minimi sunt q nihil penitus hnt in hoc mundo, & iudices erit cu Chro. HIL. Vel puides plures futuros tm apostolatus noie gloriosos, oi vero vite suae opere improbabiles, obsequium quod ipsis sub religionis opinione delatum est, mercede non fraudat, na licet & ipsi minimi essent, peccatorum oium vltimus, no inania tm in eos et hanc sub frigida aqua noie designata officia esse decernit. No. n. peccatis hominis, sed discipuli nomini honor praestitus est.

CAP. XII.

Postquam discipulos suos dnm ad predicandum mittens, factis impleuit, offerens prima pdicatione Iudaeis, & hoc est quod dicit. Et factum est cum consummasset Iesus, dicit autem. Transiit inde. CHR. Y. in Ho. Quia. n. eos misit, subtraxit se ipsum, dans locum eis & tempus facere q iniungerat, eo. n. praesente & curante, nullus ad discipulos vellet accedere. REMI. Pulchre autem de spiritali doctrina qua. s. apostolos instruxerat ad generale transit in ciuitatibus pdicando, quia in hoc de celis ad terras descendit, vt oes illum uniret, in quo facto mouentur etiam sancti predicatorum, vt omnibus prodesset studeant.

Posuerat supra euangelista quo p miracula & doctrina Christi ra discipuli, q turbae instruantur, hic ostendit quo haec instruetio, usq; ad discipulos Ioannis puenerit, q ad Christum emulatione habere videbant. vnde dicit. Ioannes autem cum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos ex discipulis suis, ait illi. Tu es qui venturus es, an alium expectamus? GRE. Querendum autem nobis est. Ioannes ppheta & plusquam ppheta, q venientis ad baptismum dnm ostendit dicens. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi, car in carcere positus mittens discipulos requirit, Tu es qui venturus es, an alium expectamus? tanq si ignoraret que oenderat, & an ipse sit nesciat, que ipse ppheta, baptizando, ostendo ipsum esse clamauerat. AMB. super Luc. Nonnulli autem hoc sic intelligunt. Magnu q dicitur ppheta esse Ioane, vt Christi agnosceret, annunciarer remissionem peccatorum futuram, sed tm, tanq pnt vate, que venturu crediderat, no credidisse moriturum. Non igit fide, sed pietate dubitauit. Dubitauit et Petrus dicens. Propitius tibi esto dne, no fiet hoc. CHRYSOST. in Ho. Sed no vtiq; hoc habet rone. Ioannes. n. neque hoc ignorabat, sed hoc primum testatus est dicens. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. Agnum. n. vocans, crucem diuulgat, nec aliter quam p crucem peccati abstulit mundi. Qualiter autem

Hom. 36.

HIERO. Dns ad pdicationem discipulos mittens, docet pericula non timenda, affectu subijcit religioni, aurum supra tulerat, es de zona exculerat, dura euangelistarum conditio. Vnde ergo sumptus? vnde victus? vnde necessaria? & cetera. Et ideo austeritate preceptorum, spe temperat promissorum inueniens. Qui recipit vos, me recipit, vt in suscipiendis apostolis vnuquisq; credentium Christum se suscepisse arbitretur. CHRYSOST. Sufficientia siquidem erant remissa ad persuadendum eis qui erant apostolos susceperunt. Quis enim eos qui ita erant fortes & omnes contemnebant, ut alii saluarentur, non susceperer omni cum desiderio? Et superius quidem penam comminatus est his qui non reciperet, hic autem retributionem promittit recipientibus. Et primo quidem reprobis honoris suscipiendis apostolos, vt Christum suscipiant & etiam patrem. vnde subdit. Et qui me recipit, recipit eum qui me misit. Quid autem huic honori fiet quale, vt quis patrem & filium recipiat? HILA. In quibus verbis docet etiam in se mediatoris officium, qui cum sit receptus a nobis, atque ipse profectus ex deo sit, deus per illum transfusus in nobis sit, & per hunc ordinem gratiarum non aliud apostolos recepisse, q dei, quia & in illis Christus, & in Christo deus habitat. CHRYSOST. Promittit autem post haec, & aliam retributionem dicens. Qui recipit prophetam in nomine prophetae, & in nomine iusti, hoc est, si non propter vitam huius eminentiam, neque propter aliud temporalium suscepit, sed quia vel propheta est, vel iustus. HIER. Vel aliter. Quia ad susceptionem magistrorum discipulos pronocauerat, poterat credentium occultata esse responsio, ergo & pseudoprophetas & Iuda proditorem debemus suscipere. vnde dominus dicit, non personas suscipiendas esse, sed nomina, & mercedem non perire suscipiendis esse, sed nomina, & mercedem sit. CHRYS. Dicit autem. Mercedem prophetae, & mercedem

Homi. 37.

Ho. 6. i. eu.

Cap. 7.

ait maior propheta est hic, si neque quis prophetarum sunt noscitur? Etenim Elias dicit. Sicut quae ad officionem ductus est. GREGO. in Homil. Sed aliter haec questio soluitur, si gestu rei tempus pensatur. Ad Iordanis enim fluuienta positus, quia ipse redemptor mundi esset asseruit, missus vero in carcere, an ipse veniat, requirit, non quia ipsum esse mundi redemptorem dubitat, sed quare ut sciat, si is qui per se in mundum venerat, per se etiam ad inferni claustra descendat. HIERO. Vnde non ait. Tu es qui venturus es. Et est sensus. Manda mihi, quia ad inferna descendurus sum, vtrum te etiam inferis debeam nunciare, an alium ad haec sacramenta missurus es? CHRYSO. in Hom. Sed qualiter & hoc habet rationem? Cuius enim gratia non dixit. Tu es qui venturus es in infernum, sed simpliciter. Qui venturus es, quamuis & derisibilis videatur, q propter hoc ei dixerit, vt & illuc abiens praedicaret, praesens enim vita, gratia tempus est, post obitum autem iudicium est & poena, quare in nullo opus erat praecur fore illic. Sed aliter. Si infideles post mortem credentes essent saluandi, nullus peribit aliquando. omnes. n. ponerebunt tunc & adorabunt. Omne enim genua flectetur, celestium, terrestrium, & infernorum. GLO. Considerandum autem est, q non ideo Hieronymus & Gregorius dixerunt, q Ioannes aduentum Christi in infernum praenunciaturus esset, quia eius praedicatione aliqui non credentes conuerterentur ad fidem, sed vt in istis in expectatione Christi manentibus ex vicino aduentu consolationem afferret. HILA. Certum est tamen q qui venturum, vt pcurator nunciatur, consistentem vt propheta agnouit, aduentum vt confessor veneratur est, eius abundantia scientia error non obrepit. Nec fane credi potest spiritum sancti gratiam in carcere post deusille, cum apostolus virtutis suae lumen esset in carcere post ministraturus. HIER. Non ergo quasi ignorans interrogat, sed quomodo saluator interrogat, vbi sit Lazarus positus, vt q locum sepulchri indicabant, saltem sic pararentur ad fidem, vt viderent mortuum resurgentem. Sic & Ioannes interficiendus ab herode discipulos suos mittit ad Christum, vt per hanc occasionem videntes signa, atque virtutes crederent in eum, & magistro interrogante sibi discerent. Quod autem haberent discipuli Ioannis aliquid mordacitatis ex inuidia aduersus dnm, superior quoque interrogatio demonstrat cum dixerunt. Quare nos & pharisei ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? CHR. in Hom. Donec igitur Ioannes par cum ipsis, suadebat eius continue de Christo, quia autem iam erat obiturus, amplius studium facit. Etenim formidabat, ne reliquar in discipulis suis perniciosis dogmatis conditionem, & maneat abiecti a Christo, cui & a principio omnes tuos afferre studuit. Si autem dixisset eis. Abite ad ipsum, quia melior me est, non vtiq; persuasisset, sed estimaretur humilia de se sentiens hoc dicere, & sic magis essent ei affixi. Quid igitur facit? Expectat ab eis audire quod Christus miracula facit, neque omnes misit, sed duos quosdam, quos nouerat fortassis alijs persuasibiliores existentes, vt insusceptibilis interrogatio fieret, & ex rebus ipsis discerent distantiam inter eum, & Iesum. HILA. Ioannes igitur non sua, sed discipulorum ignorancia consultit, vt enim scirent non alium a se praedictum, ad opera eius intuentem, discipulos suos misit, vt auctoritatem dicitis suis illius opera conferrent, nec Christus alius expectaretur, quam cui testimonium opera praestitissent. CHRYSOS. in Hom. Christus autem mentem noscens Ioannis, non dixit. Quoniam ego sum, quia per hoc rursus obfiteret hoc audientibus, excogitasset enim, & si non dixisset, quod Iudaei ad ipsum dixerunt. Tu de teipso testimonium perhibes, & propter hoc a miraculis fecit eos disce, insusceptibilem de doctrinam faciens & manifestiorem. Testimonium enim, quod est a rebus, creditibilis est testimonio, quod est a verbis, vnde confestim curauit caecos & claudos & alios multos, no vt doceret Ioannem scientem, sed hos qui dubitabant, & ideo sequitur. Et respondens Iesus ait illis. Euntes renunciate Ioanni quae audistis & vidistis. Caeci vident, claudi ambulat, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur. HIERONYMVS. Quod praemissis non minus est. Pauperes autem euangelizatos intellige, vel pauperes spiritus, vel certe opibus pauperes. Vt nulla inter nobilia & ignobiles, inter diuites & egenos in praedicatione distantia sit, hae magistri rigorem, hae praecceptoris comprobant veritatem, quando omnis apud eum qui saluare potest aequalis est. CHRYSOST. Quod autem ait. Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me, & internuncios percutit, quia enim

scandalizabantur in ipso, dubitationem eorum non diuulgans, & soli eorum conscientia derelinquens, redargutionem eorum laenter induxit. HILA. Itaque cui rei Ioannes caussit, offendit dicens, beatos eos in quibus aliquid in se scandali non fuisset, quia metu eius, scilicet ne scandalizarentur, discipulos suos Ioannes vt Christum audirent, misit. GREGO. Homi. 6. Vel aliter. Infidelis mens graue in Christo scandalum pertulit, cum eum etiam post tot miracula morientem vidit. vnde Paulus dicit. Nos praedicamus Christum crucifixum, Iudeis quidem scandali

per euangelizantur, & beatus est qui non fuerit scandalizatus in me, Illis autem abeuntibus, cepit Iesus dicere ad turbas de Ioanne. Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre?

Quid ergo est dicere. Beatus qui non fuerit scandalizatus in me, nisi aperta voce abiectioem mortis suae, humilitatemque signare? ac si patenter dicat. Mira quidem facio, sed abiecta perpeti non dedignor, quia ego moriendo te subsequor: cauendum valde est hominibus ne in me mortem despiciant, qui signa venerantur. HILA. Prebetur etiam mystice in his, quae in Ioanne gesta sunt intelligentia amplior, vt propheta ipso conditionis suae genere prophetizaret, quia in eo forma legis lata est: Christum enim lex annuntiavit, & remissionem peccatorum praedicauit, & regnum caelorum spondit, & Ioannes totum hoc opus legis expleuit, igitur cessante iam lege, quae peccatis plebis inclusa, ne Christus posset intelligi, quasi vinculis & quasi carcere continebatur, ad euangelia cotuenda lex mittit, vt infidelitas fidei discipulorum contempleretur in factis. AMBRO. super Lucam. Et fortasse isti discipuli quos misit, sunt duo populi, vnus qui ex Iudeis creditur, alter qui ex gentibus.

Homi. 6.

Cap. 7.

Hom. 38.

Hom. 37.

Homi. 6.

CHRYSOSTO. Quantum ad discipulos Ioannis satis actum erat, certificati enim de Christo per signa quae viderant, recesserunt. Sed oportebat etiam turbas sanari quae ex interrogatione discipulorum Ioannis multa inconuenientia subintellegerint, ignorantes mirantis consilii. Poterat vtiq; dicere, qui tanta testatus est de Christo, aliter persuasus est nunc & dubitat vtrum sit ipse? Numquid ergo altercans ad Iesum hoc dicit? numquid timidior a carcere factus, numquid vane, & inaniter priora dixit? HILARIVS. Ac ne illud quod immediate praemiserat referri posset ad Ioannem, tanquam scandalizatus esset de Christo, subditur. Illis autem abeuntibus, cepit Iesus dicere ad turbas de Ioanne. CHRYSOSTO. in Hom. Propter hoc autem abeuntibus eis, vt non videatur homini adulari. Corrigenis autem & plebem, non ducit in medium suspitionem eorum, sed solutionem cogitationum eorum inducit, quae eos in dubitationem mittebant, demonstrans se nosse occultata. Neque enim dixit sicut Iudeis, quid cogitatis mala, est mala cogitauerint, non tamen ex malitia, sed ex ignorantia. vnde non loquitur eis dure, sed respondet pro Ioanne, ostendens quod non excidit a priori opinione. Hoc autem docet, non solum proprio verbo, sed eorum testimonio, non tantum per ea quae dixerunt, sed per ea quae egerunt. Ideoque ait. Quid existis in deserto videre? ac si diceret. Propter quid ciuitates dimittentes conuenistis in desertum? Non enim plebs tanta cum tanto desiderio in eremum venisset, nisi magnam quandam & mirabilem, & pertra solidiorem se videre exstimans. GLO. Non autem tunc exierant in desertum, ad hoc vt videret Ioannem, nec enim erat tunc in deserto, sed in carcere, sed praeteritum refert, quia frequenter exierat populus in desertum videre Ioannem, cum adhuc esset in deserto. CHRYSOST. in Hom. Et vide, quia omnem aliam malitiam praetermittens, remouet a Ioanne leuitatem de qua turbae dubitabant, dicens. Arundinem vento agitatam? GREGO. in Hom. Quod videlicet non asserendo, sed negando intulit. Arundinem quippe, mox vt aura contingit in partem flectit, per quam carnalis animus designatur, qui mox vt fauore & detractione tangitur in partem quamlibet declinat. Arundo ergo vento agitata Ioannes non erat, quem a status sui rectitudine nulla rerum varietas inflectebat, ac si dominus diceret. HIERON. Nunquid hoc ex illis in deserto, vt videretis hominem calamo similem, qui omni vento circumfertur, & leuitate mentis de eo ambigeret, quem antea praedicares? An forsitan simulus inuidiae contra me cogitur, & praedicatione eius vana fectatur gloria, vt ex ea querat lucra? Cur diuitias cupiat? vt affluat dapibus? locustis vescitur & melle siluestri, an vt mollibus vestitur? pili camelorum sunt tegmen eius, & ideo subdit. Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? CHRYSOSTO. in Ho. Vel aliter, q non sit Ioannes similis calamo mobili, per vestrum studiu significatis, scilicet in deserto ex euntes. No tm potest aliquis dicere, quod Ioannes quidem constans erat, sed postea

